

- 1182 ipse inquam promotionis eius cupidus sabbato
 März 13 medianae quadragesimae, quando canitur Siten-
 les,¹ in choro Pragensi ordines fecit et eum in
 März 25 diaconum consecravit. Deinde in cena Domini
 electio ipsius celebrata est, in qua nullo Dei
 favore omnia conveniunt in unum, quae
 huiusmodi sollempnitati noscuntur fore ne-
 cessaria, videlicet electio cleri, principum assen-
 sus, votum universale populi. Abbates, qui
 electioni eius adfuerunt, imminente die pas-
 chali domum non potuerunt reverti, quorum
 unus et precipuus memoratus abbas Gotscaleus
 sermones nobis fecit in Strago, unum in cena
 Domini presente et audiente predicto domino
 Adalberto Salzbürgensi archiepiscopo, alterum
 März 28 in pascha, cuius thema fuit: Haec est dies Psalm. 117, 24
 etc.², qui scriptus habetur. Post haec instante
 festo pentecosten dominus electus proficiscitur
 Moguntiam ad consecrationem, ubi sabbato
 Mai 22 quatuor temporum in presbiterum ac sequenti
 23 dominica consecratur in episcopum. Dominus
 quoque Pilgrimus Glomucensis electus abiit
 cum eo consecrandus et rediit consecratus,

1) Sidentes venite ad aquas, Eingang des Antichristen zum Parus-
day nach Lätzer. Hgl. in der F.

2) Gradualpsalm am Ostermontag